MS. VIII
25B
341 [illegible]

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id470128909/1
Serbski institut Sorbisches Institut

III-4-9-1293-5 Ja 336-67

SLUB Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id470128909/2
Serbski institut Sorbisches Institut

Tutu delnjołužisku ryčnicu je sebi k. Dr. Łotza w Lipsku wotpisał po originalu, kiž so w gymnasijalnej knihowni w Khočebuzu namaka. Započatk teje sameje je wotćišćany w programmje Khočebuskeho gymnasija 1859 wot prof.a Dra Tschirnera a to započatk druheje redakcije, kiž so na 56. stronje tuteho wotpiska spočina.

1,

Maćica serbska

Serbski kulturny archiw
Sorbisches Kulturarchiv

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id470128909/4
Serbski institut Sorbisches Institut

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id470128909/5
Serbski Sorbisches
institut Institut

Opus hocce eruditione varia atque curiosis armstatt. ad historiam patriam vergentibus refertum multum facit ad linguam Venedico-Sorabicam penitius introspiciendam atque ediscendam quidquid et multa vocabula jam obsoleta et amissa quæ tamen hodienum desiderantur, hoc in libro asservantur. Fol. 1.a

Vorsatzblatt mit der Aufschrift:
Bibliothek des Friedrich Wilhelms Gymnasiums zu Cottbus.

Fol. 2–5 vac.

|Præpositiones adsciscunt vel Genitivum |Fol. 6.b

Dho in, zu, auf in, ad.
Dla wegen, halben, willen um, ob propter.
Podla neben, bey penes, pone.

2

2.

Mimo Ohne praeter.
Hoxolo um, circa, circiter.
Wot von, a. ab.
c. Dativum.
Ku Zu versus, ad.
Prot Protko vor ante.
c. Accusativum
Psche. Psches. Ohne, durch, Umb, für, über Præ. Pro.
c. Sociativum
Pol, Spot, Spoš. unter Sub. Subter.
Se mit, aus zu Cum. ex.
Psched, pretk vor, gegen. Adversus.
c. Locativum
Pschi. bey, zu, mit, aus. Apud, ad, cum.
Dativum, Accusativum et Locativum
Po, pod. Nach durch, mit Per, cum.
We in, um, an in
Genitivum et Sociativum
Se aus, mit.

3.

Dativum et Accusativum

Przeschiwo et napscheschiwo wir, der contra.

Accusativum et Sociativum.

Mesi zwischen unter, ~~sub~~ hinter,   corrigirt in Nº Mjäsi

Sub, hinter.

Sa hinter, nach vor ante post.

Accusativum et Locativum.

Nor an, auf, über in, ad, supra.

|LINGUÆ VANDALICÆ |Fol. 7ª.

ad dialectum districtus Cotbusiani formandae aliqualis

CONATUS

ubi ~~et~~ et caeterarum dialectorum varietas conciliatur, et quod in illis ab hac discriminis est, ostenditur

quem in usum

Theologiae practicae in Patria studiosorum

aggreditur

Viris huiusce et Linguae peritis iudicio ~~et~~ ac censurae

exponit   Nº et Durchstechen

8

4.

Johannes Choinanus, Cotbusiensis
nunc temporis
Pastor in Lübenaw Lusatiae
inferioris.

M DC L.

|Fol. 7.[b] |D. Jacobus Wollenus &c.

De Gramaticâ Vandalicâ nihil unquam inaudivi: digna tamen res esset labore, ut adornaretur ejusmodi compendium.

S.

|Fol. 8.[a] |Lectori salutem et officia (M. sic!) precor et praesento! (Fehmgel. ein Fol. 1.[a])

Si optando haberi possent, quae optantur, non in postremâ sede ponendum esset hoc optatum: Ut, quemadmodum Homines, τῆς οἰκουμένης nobiles οἰκηταὶ, unum Deum, Patrem illum à quo omnia, unum coelum, unumq. solem

habent; sic et, cum stabili quiete, absq mentis et manûs molestiâ, unum loquenti idioma, quo animi sensa ubiq regionum invicem explicarentur, haberent. Ita et minus dissidiorum ac simultatum, plus verò concordiarum ac dilectionum inter eos reperiretur. Sed quod sine voto et optato habere potuerunt, id perdidit, omnis mali origo, peccatum. Postquam n. primi, generis humani, parentes, ab infernali Alastore, qui se in deceptionis pegmate sub serpentis larvam reconderat, eò sese allici et persvaderi patiebantur, ut severissimum et clarissimè propositum Dei mandatum transgredi non timerent, immissi sunt in poenam irrevocabilem, ante vitæ, ex prædicto Dei decreto, morte finiendæ terminum, mari labores, foeminæ 2 verò dolores.

4

6. Cumque coloni districtûs Sinar, procurrente humanæ propagationis augmento, ex superbiâ altiùs cogitarent, et in ædificandæ turri, cujus culmen coeli firmamentum attingeret, nominis famam, imò infortunij asylum, si forsan nova exundaret diluvies, quærerent; factum est, ut in depressionem fastosæ præsumtionis, et manifestæ incredulitatis, quæ gratioso Dei promisso, de mundo ulteriùs aquâ non perimendo, haud fidebat, linguæ primæ et unicæ tunc momenti confusio,

|Fol. 8^b. et tot deinde aliarum | inductio à Deo iudice ~~et~~ vindice, immutato Sinar in Babel, immitteretur. Cum antehac primi mundi progenies, unâ tantum linguâ, Hebræâ nimirum, quâ æternus Deus ipse in tempore ad Patriarchas locutus est, ad annum Mundi 1790 vel circiter, uteretur. Ut autem unigenitus et unicè dilectus Dei Filius, assum-

tione promissi et benedicti ex foemina feminis, peccatum Protoplastorum expiavit et quæ ipsi pessumdederunt restauravit: Sic et fidelissimus fidelium Adstes, Spiritus S. in magno illo τῶν μεγαλείων Θεοῦ die, in quo discipulos Servatoris, novi fœderis præcones, omni linguarum peritiā in momento, per stupendum et singulare miraculum, instruxit, Sinaritarum præsumtionem, indeq factā linguæ confusionem et tot innumerabilium inductionem, actu solenni sanctificavit, et ad unum quasi concentum connexit. Adeò ut iam omnes Linguæ, eæ præsertim, in quibus sanctum Dei numen et nomen in Christianitate celebratur, utut penes turgidos et torosos invidiæ et Linguarum ignorantiæ alumnos, in supercilioso contemtu habeantur, Deo caræ sint et gratæ. Ad ejus-

modi, in Mundum universum inductarum Linguarum multiplicitatem, pertinet et Lingua VANDALORUM, gentis olim magni roboris et multæ victoriæ, sed parvæ discretionis et paucæ fidei: quæ hasce circa Septentrionem ad Bavariam usque regiones per multos seculorum decursus inhabitavit. Ea quidem paulò sublestior Natio, ob rebellionem, quam in sacrum Regni Romani Imperium usque intentavit, et cruentas cædes, quibus Teutones, vicinum populum, crudeliter infestavit, exosa, imò infamis facta est, adeò ut in Germaniæ liberis Civitatibus, ex recordatione atavorum historicâ, in honestiorem artium mechanicarum officinam, planè Vandalus vix recipiatur. Hoc tamen ipsi Linguæ, quæ Spiritum Dei autorem agnoscit, et peculiari nitore, si cultura non fuisset neglecta, non caret; Jamque residua Nationis particula dudum sub obedientiæ stabilitatem coërcita est, nihil decedit aut derogari

[marginal notes:]

ren Kandr: +

[Hinc moderni Vandali nominant adhuc Linguam Teutonicam, sine etymi intelligentiâ, Linguam Bavaricam, Lowowska Artz. Ex eo quod |F.g.ª Natio Vandalorum usque ad Bavariam sese extenderit, uti ex historicis notum est.]

|F.g.ª

potest. Et sanè, liberi jam fideles et Chri- 9.
stiani infidelium et Ethnicorum pa-
rentum delicta et morositates iniquè lu- im Land.
erent! Extirpata quidem est hæc Lingua,
mutatis colonis, retentis tamen Magnatum
titulis, progressu temporum ex Pome-
raniâ, Marchiâ, Saxoniâ, Misnia ~~p...~~
hærentibus tamen ubique reliquiis: Sed
num et ex Marchionatu utriusque Lu-
satiæ, et ex conterminis Marchiæ et
Misniæ angulis, præsertim circa
Spreæ saxeta et arbusta, futurum sit,
valdè et verè ex continuatâ hactenùs
experientia, ambigitur. Posset quidem
id, successu tardiorum morarum, ob-
tineri, si Magistratûs horum locorum
essent unanimes, et sub indictione nu-
merosioris mulctæ, ex Jussu Principii,
suis subditis injungerent, ut mox
detersi lacte materno, sub initium
loquelæ, in Scholam Germanicam mitte-
rentur pueri puellæque ad addiscendum

+ [In Misniâ fuit Vandalorum Metropolis Lonitz, urbs moenibus et vallis olim munitissima, quam Germani tandem solo æquarunt. In Lusatia inferiori Sorava, Baronum à Promnitz sedes. Unde et ab exteris nominati sunt et jamnunc nominantur Sorbi quasi Sorabi. Quidā qdem à voce nationali Sarmata Vandalorū f. Sörborum adnominationem deducere sategerunt. Sed salvo, virorum alias eruditorum æstimio, nimis nudè. Nam Sar-

10.

mata, sive rectius |F.g.b [Sauromata venit à Græcis vocabulis σαῦρος lacertus, & ὄμμα oculus: qu. gens ista ob virulentum vultûs torvitatem, quam p se ferebat, ab Hellenibus sic nun cupari assuevit. Qd v. hoc ad Vandalos s. Soravianos, q Græciam nunquā viderunt, nec à Græcis unq. visi sunt. Hoc pinde nimis longè petitum, imò planè alienū etymon, proximiq & verisimiliq non evertit.]

principia fidei et noëmata Linguæ. Ita fieri posset, ut intra aliquot lustra, parentibus in locos communes depositis, liberi è Vandalis Germani, si non natione et indole, tamen ore et prole permutarentur. Sed id in hoc ultimo seculorum agone, qui ulteriori rerum humanarum dispositioni |F.g.b |colophonem accelerat, surdis sonorâ voce inclamatur, et citiùs consulitur, quàm acquiritur, optariq magis quàm sperari potest. Sordidioris enim tincturæ è Vandalorum stemmate restantantes rustici, [Msic!] ut cœteros hominum Ordines sileam et silens prætercam, sues magis quàm suos curant et pluris vaccarum, quàm animarum ~~[illegible]~~ pastorem faciunt, equisoniq potius, q qui stabulum purget, quàm Ephoro, qui filii animum informet, favent: ut quilibet qui eorum genium nonnihil expertus est, id affirmabit. Vix proinde, nec vix unquam, ante magnum et tremen-

dum extremæ diei Comitium, Linguæ Vanda- 11.
licæ in his districtibus totalis extinctio
aut interitio somniari potest. Manebit ea,
ut in tot seculis retrò, ita et ad jam
vergentem Mundi finem. Attentant qui-
dem nonnulli importuniores Parœcia-
rum suarum patroni, ex frivolâ juris
Episcopalis profanatione, et sinistrâ ejus-
dem usurpatione, hanc Linguam, oratione
et consilio, sed vi et impetu, ex publicâ
quidem sacro cultui destinatâ Æde, non
autem ex privatis pleberulæ rusticanæ
domibus, abrogare, dum coetui adhuc
merè Vandalico, hujus Linguæ ex omni
parte ignaros Pastores præficiunt. Sed
quâ famâ et curâ id faciant, quâq; fronte
et conscientiâ ejusmodi præposteri Pa-
stores sese præfici patiantur, ipsi vi-
derint. Fides utiq;, ad quam Salus est,
provenit ex prædicatione, juxta verissi-
mam Apostoli assertionem. Quo fructu

auszustreichen!

von Rande ü. wieder + [illegible]!
Dantur quidem in templorum pulpitis nonnulla, aliquot cantilenarum coetualium interpretamenta; sed maximam partem sine sensu

| F. 10ª

12.

et sententia ἀγραμματικῶς, jàrudibus, misellis hujus Linguæ, (ut vulgò nuncupantur,) Custodibus, commaculata:

verò perficitur prædicatio Teutonica, si ab auditore Vandalico non intelligatur? Annon tandem ἀπειθία, mater et causa damnationis, in ejusmodi sinistrè ac perversè curatis hominibus accrescit et indurescit? Sicuti autem hæc Lingua illi, qui eam statim à cunabilis non audit, aut ex aliquo temporis intervallo addiscit, nimis tædiosa et perceptu difficilis videtur; ita per se, ob præcisam ejusdem circumferentiam, et immistam Germanismi freqventiam, suis molestiis et difficultatibus caret, si modò aliqualis ejusdem informatio ad Lingvæ fundamina adhibeatur. Omnis verò molestia, et difficultas in addiscendo inde oritur, qvod à plerisq; *, hanc ipsam Linguam usurpantibus, etiam in coetu literatorum, qvid sit in hac Linguâ Declinatio et Conjugatio, ut in Scholis loqvi assolvimus, ignoretur, et nihil in hoc idiomate, ex desidiâ factumqve et sub-

sidiorum defectu, non dixerim, scriptis 13.
publicis commissum sit. Dantur quidem
in templorum pulpitis nonnulla, aliquot
cantilenarum ecclesiasticarum interpreta-
menta; sed maximam partem sine sensu
et sententiâ ἀγραμματικῶς, à rudibus,
misellis hujus Linguæ, ut vulgò nuncu-
pantur, Custodibus, commaculata: quæ
erratis et Linguæ et doctrinæ undiq;
scatent, adeoq; in ipsam Fidei ἀναλογίαν
impingunt: quod pluribus exemplis ab-
surdissimis, si hujus loci esset, demon-
strari posset. Imò viri quidam paulò se-
lectioris notæ, qui libellos catecheticos
et cantiones Ecclesiasticas in Linguâ Van-
dalicâ typis publicis ediderunt, adeò
in styli flexurâ et vocum proprie-
tate hallucinantur, ut sæpè in una
paginâ, quin et aliquoties in una lineâ
quoad Declinationem et Conjugationem
concentum satis et æquabiliter sibi

| Fol. 10b. 14. non constent. Quorum tamen nunc | ἐν ἀξίοις,
piis manibus et impensis, licet extra Gram-
maticale stadium, studiis parcendum
est. Hinc nil magis tædet lectores, quàm
in ejusmodi scriptis lectionum. Et misera
profectò ac poenaria sit oportet eorum
sors et conditio, qui absq; notabiliori funda-
mento ex ejusmodi libellis Linguam hanc
addiscere et eam sibi familiarem [Mssit] summa-
laremque efficere necessum habent. Ex
hoc literalis huius Linguæ reconditorii,
quod alias Linguas sustentat et custodit,
defectu propullularunt tot Dialecti, quot
sunt Diaereses: quæ tamen omnes ita com-
paratæ sunt, ut unâ satis, aut nonnihil
tantùm intellectâ, coeteræ facili studio
breviq; tempore, conciliari et dignosci
queant. Imò qui unam ex hisce, huius
Linguæ Dialectis in suâ naturâ et proprie-
tate callet, is Bohemos, Polonos, Croatas,
Sclavos, coeterosq; in Linguæ cognatione
versantes populos, maximam partem

intelliget, et cum iisdem, si non congru- 15.
enter et eleganter, tamen, quantum
præsens usus postulet, aliqualiter et
intelligenter colloqui poterit, quod non
parùm per experientiam asseritur. Hunc
in finem ego, Patriæ meæ minimus
servus, admonitus à quibusdam Ami-
cis et Fautoribus, huncce præsentem
Donatum seu CONATUM potiùs, quan-
tum in horis secessivis et subsecun-
dariis, officii occupationes, et animi in
torpidâ hominum dissolutorum collu-
vione perturbationes admiserunt, con-
cinnavi et ex ipsius Linguæ, impri-
mis ejus Dialecti, quæ in Districtu
Cotbusiano adhibetur, quâ nulla pu-
rior magisq; Grammatica est, visce-
ribus extraxi. Eum hic in horum
usum et allevamentum emitto, qui
ex fine actiones æstimant, non in fune (in-
vidiæ ad calumniæ cippum eas ap-

Fol. 11.a 16. pendunt. Si hoc aliquali, | et antehac in
Patria à nullo, quantum mihi adhuc
rescire et expiscari licuit, suscepto labore
nemini inservio, saltem his, qui mihi ad
hunc qualemcunq conatum benignâ et
Patriæ favorabili intentione impulsores
extiterunt, officii specimen et amici-
tiæ tesseram exhibeo. Qui ejusmodi labore
non indiget, is, meâ pace, suis donis domi
pagatimq fruatur; sciatq et ejus causâ
huncce laborem neutiquam esse delectum.
Imò si quædam hic, nullo ordine locationis
quæsito, accumulata vocabula, quot eorum
ex quotidiano usu et observatu congerere
potui, ei è memoriâ exciderint, (aut et ru-
NB sic! stico, extra hanc Linguam muto, (aut forsan
nunquam in eam inciderint,) primo audi-
tu ignota videantur: is sciens id reputet
ea ob alterius ignorantiam genuinè Vanda-
lica esse, non desiisse. Sic et ipse oratorum
Princeps et Moderator Cicero in suâ Latinitate

non omnibus probaretur. Et cujus occi- 17.
pitio hæc hujus Linguæ indisposité tradita
dispositio non quadret: quippe inter cæ-
teras hujus Linguæ calamitates et hæc
non mediocris est, quod quilibet eam
secundum sui cerebri frigidum humorem
temperare præsumat; et quod sub ipsius
cranio non resideat, obsoletum et nescio
cujus novæ inventionis portentum re-
pudiet ac cavilletur; licet aliquid me-
lius et communi usui magis consonum
è suâ penuriæ perâ substituere nesciat:
is aut hæc approbet, aut dilluci-
diora proferat, (miror cur hucusq; ea
distulerit?) aut Linguam, si penes ip-
sum steterit, penitus exterminet. Non
enim hîc ego ex omni parte et multo
studio absolutam Grammaticationem
produco, vel aliquem evanidæ vanitatis
applausum quæro: sed sinceris, duntaxat
in Patria Amicis, quorum in hac candoris

NB ursprüngl. indisposita; corrigirt.

NB sic!

| Fol. 11.b

18. sterilitate, sub invidiæ et | perfidiæ fertilitate, ex ultimâ hujus marcescentis mundi semente, perparca messis est, et qui se iisdem adjungunt, quantulum in me situm est, inservire intendo. Qui hanc Linguam in suis principiis nesciunt, et tamen eam in officij Ecclesiastici, aut initi aut ineundi, functione in hac regionum plagâ, ubi mysteriorum Dei, ad plebem Vandalicam, ob mediorum ad studia hactenus diu continuatas expilationes bellicas, dispensatores in dies rarescere incipiunt, scire, aut cum mordaci mentis torturâ, sine dextra tamen Linguæ structurâ addiscere coguntur, his ipsis CONATUS iste præsentatur. Conabuntur proinde et ipsi, quousque ductore hoc vel qualicunque labore et solerti adjutore quotidiano usu pervenire possint; et supplebunt, quæ his in observationibus desunt, aut emendabunt quæ cum vulgari experientia et moderno

usu forsitan non concordent. Non enim 19.
uno et primo intuitu ab uno omnes dis-
iectæ huius compagis anguli perlustrari
possunt. CHRISTUS IESUS, cui Lin-
guæ serviunt, et quem omnis Natio
collaudat, omnisq; γλῶσσα ἐξομολογήσε-
ται, dirigat omnes nostras locutiones
et actiones, in Regni et nominis sui
gloriam, ac tueatur ut bonus et
fortis noster Pastor, et his in oris, con-
tra indefessas lupi infernalis incur-
siones, Ecclesiæ suæ, in fide et veri-
tate catholica, pauxillum gregem,
qui cum Patre et S. Spiritu vivit et
regnat in omni æternitate benedictus
Deus! Cætera, tu, et honorande et
amande Lector, vale ex tui meiq; voto,
quantum infelix hæc Mundi extremi-
tas admittit, felicissimè. Scribebam in
Lübenaw d. 9. Jan. st. n. ao nati Serva-
toris 1650

Tui ad hæc et quævis meæ tenuitatis officia
Studiosus Johannes Choinanus.

11.

Fol. 12. vac.

|Fol. 13a. p. 1.

20.

|A Jesu in Jesu honorem
omnia nostra conamina!

VANDALORUM LINGUÆ,

ad faciliorem ejusdem perce-
ptionem in nonnullas obser-
vationes cogendæ

CONATUS.

Linguam Vandalorum in Regulas et observationes referre, tædiosi nonnihil laboris est, ob defectum minimi saltem in hac Linguâ adminiculi. Nam nullus in hac Linguâ liber extat authenticus, ad quem respicere et eum tutò imitari liceret. Cum tamen hunc aliqualem laborem in me suscipere Amicis et Fautoribus compromiserim, à tædio mentem et manum vinci non oportuit. × Habet proinde Lingua Vandalica tot Partes Orationis, quot Latina. Accurata scriptio ob literarum Vandalicarum defectum dari non potest: ideoq; et illa et genuina pronunciatio ex usu addiscenda est. ‡

NB × Raum gelassen!

‡ von der gleichen Hand beigeschrieben: Lingua doceri pt, os dari npt.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id470128909/26 Serbski institut Sorbisches Institut

Multæ enim voces iisdem literis 21.
scribuntur, quæ tamen diversas significa-
tiones habent, et aliter pronunciandæ
sunt. Ut

Wotroch Fürsten, Wotroch Decke, das Oberste
vom gemach. Rad Zaug, Rad umbzeche.
Jeschtsch Igel, Jeschtsch das ersten Blad schuer, 2.
Blad Gute Landes. Schud Gerichte, Schud
faß. Klin Schoss sinus. [κλίνω, re-
clino. ἡ κλίνη, lectus in quo recum-
bere possumus, ἡ κλινίς lectulus.]
| Klin Kaul cuneus. Wotz Ding Wotz | Fol. 13b.
Wasserumb. Sersu Unmaßlich, sersu
langen. Plosche schiefe, plosche pflanzen.
Scheschi Kind to scheschi das schwerste. žeše sěžše
Schidich, schi gehe du. Schidzi Seide,
sericum. Schidzi Sinsen juncus. Suche,
rechte, Suche dorren. Schiju heile. Schiju
nehe. Scho Lob. Scho alles. Daju Wurge.
Daju geben. Gusche gefunde. Gusche Junge
melchen. Rosch gethan, Rosch gebürst. Woda
wrjod

22. Wotzne Woda sy Bergab. Schósche Bout-
theiße Schösche Pfand. [Ejusmodi pignus quod à prætore rusticano s. lictore civico, loco poenæ sumitur.] Schünnotz, Lebensmittel. Schünnotz Wundersalbe, Wasch. Wotzschu (wazn) bringe schaden. Wotzschu, zanken, rixor. Wotzschu, Wäge trutino.

Schoroschu mache unruhig. Schoroschu Haufen, setze zu rechte [à græco ὁ σω-ρὸς, ὁ cumulus et σωρεύω acervo.]

Et istiusmodi in hac Linguâ vo-culæ, quæ easdem literas et syllabas requirunt, alienissimas verò, quod et in alijs linguis occurrit, significa-tiones habent, complures hîc accumu-lari possent.

Sed si infrà ποβογραφίας posita informatio et huius linguæ suo loco monstrata paupertas attendatur, quo-modo à seipsis in suis characteribus et significatibus discernantur et sequestrentur, facilè patebit.

23.

Sari quidem seu excogitari posset accuratior et scribendi et pronuntiandi modus: sed vix operæ pretium is labor reponeret. Ubius enim hujus Linguæ addiscendæ indigus, ipsam Linguam ob vertam ejusdem usu cuitum percipiet, quàm ipsas de legendo et scribendo præceptiones. Quotidiè hîc locorum viva haberi possunt pronunciandi exempla.

| Pauca hæc quasi ἐν παρόδῳ ad monita Amicorum Ὀρθογραφίας s. πεδογραφίας potius, loco inserere placuit. Ὀρθῶς enim et ex omni parte τελείως procedere, Linguæ hujus tenuitas non admittit. Fiat ergò πεδῶς, et quantum potest. | Fol. 14ª.

Literæ Vandalorum numerari et nominari non possunt: si autem ficta earum idea secundum receptum Alsic! phibethi ordinem examinetur, quid discriminis intersit, nonnihil patescit.

A. Litera A legitur et pronun-

24. ciatur in principio, medio et fine, ut in aliis linguis: ut

Alu rbow, ftont Vogel, kahur Strich.

Interdum ad imitationem Germanorum ob voces radicales punctatur et legitur ut a cum e signatum, ut: Schömnosz dunkel, Szschöni glänzend. Löhrne schroßen an der Leiter.

Löhe flach, Löhdrum landen, Lößhu lingen. Kömnu marsch.

Permutari solet cum e, ut: Kschrey Blut adject. Kschrai blutig.

B. mollius sonat in principio et medio vocis, durius verò in fine et est ibi nil aliud quàm Hebræorum Beth dagesatum. Ut Ladock Distel Löhritz Littel. Luban franke. Vuhb l. Vuhbb Zahn. Vlubb Furchen.

C. Vandali non adhibent, nisi in annexione ad literam h. et k: et tunc cum h. connexum legitur ut Græcum Chi, cum k verò ut kappa: ut Lhurl Gestr, Luhatz

12.

Horje, duch Grist, Kruk Krokß. | Kukowy 25. | Fol. 14b.
wonal duk kurto. Alias ejus locum
supplent Ke et z ut Kaiser Cæsar.⸆ Zü
bula, Cæpa. C Zürnig, Cyrenig. Ch
permutatz cum k. sch. & z. ut:
Nocht [illegible], G. [illegible]. [illegible]
[illegible], D. [illegible]. [illegible] G. Hoge.
Hoje. Huch [illegible] (pl. Huschi) (K. verò cum z. ut
Kruk Kruzy. [illegible], [illegible]. Nota:
hæc pmutão hujus literæ in fine locum
habet, non item in medio. ut rectè dr̃;
[illegible], non [illegible].

D. D. legitz ut in aliis Linguis. ut, Drob.
[illegible], Lob, [illegible] [illegible], glod
Hunger. Et pmutari solet cum literis
sch, & hæ cum illa versâ vice. Ut,
[illegible] gehe, [illegible] & [illegible]. [illegible]
[illegible], [illegible] gestrackt. [illegible]
p. [illegible] & [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]. [illegible] [illegible], [illegible]. [illegible] [illegible].
[illegible] & [illegible].

⸆ hier beginnt die 2. Hand.

E. 26. E. in initio dictionis in Linguâ Vandalica non datur. Propria & peregrina sunt Esaias, Ezechiel, Emahus, Erich. Aliâs legit[ur] in medio & fine ut in aliis Lingvis. Ut, zschramank, Wechselbalck Dwaschi Thier, Deemu Litorzaichen.

F. F. Vandali in sua Lingvâ planè non habent nisi in iis Vocabulis, q[uae] suâ naturâ n[on] Vandalica, sed ex aliena Lingva in eam detracta sunt. Ut figa ficus, Feige. Zofa, Zoffe, pedissequa Schwester, folz ... folga, faucka, faucka, non scintilla, sed species nassæ piscatoriæ. Aliâs ejus loco ut plurimum b adhibent. ut Barwa, Farbe. Blomma Blume. Swiblujü Zwiebeln.

| Fol. 15a. G. |G. e[st] co[m]mune cum aliis Lingvis. Ut glog, Hagedorn. Dyglowak Zwaubkeßer Sturz Schaar. Permutat[ur] in fine glog, glosz. Noga Fuß, noso.

H. H. Ut in aliis, sic et in hac Lingva e[st] aspirat[i]o. Ut, Hrzanuska Lichtputzen Hahn

Roeschel. Eholich Pfflug. Et permutari solet cum ü. Hurschi Oberster, Wurschi Hoke ragr, Pl. woschi & Hoki.

I. ē duplex, Vocalis et Consonans, seu I. i. Latinum, et Jod Hebræum. At initio dictionis non facile reperitur, nisi in propriis & peregrinis. Ut Isaac, Ismaël, Israël. In medio & fine cum aliis Linguis coincidit. Ut, Kschida Sieb, fonick, Wuschen, Schenki Tumer. Jod frequenter et uni vocali annexum, & inter duas positum adhibetur. Ut, jablucko, apffel. jehlan Hirsch, biju, schlagr. wiju rauffe, ē hijenz. Püy stev. Ex hoc, quod I, vocalis cum jod Consonante in hac Lingoa celeberrime, speciatim in Verbis 3tiæ Conjugationis, quæ maximam partem in ju terminantur, scribatur, imperiti Custodes (Küster) ÿ scribere assueverunt, et quidem benè punctatum. Cum tamen aliud sit unum Græcorum ypsilon, quod cum duobus punctis vitiosè scribitur; et aliud sint duo

28. i seu ü breiter xybbuzatum vel i vocalis cum jod consonante. Præ cæteris, et ob insulsam hanc scriptionem, quæ sine

|Fol. 15b. usu & necessitate ybor|i hic discriminati adhibet, reddita ē Teutoni hæc Lingva difficilis & tædiosa, ut eam nec legere nec pronunciare ad normam idiomatis queat. Hoc jod permutari solet cum n; Ut, seine mit ihnen & sjim. Nogo & jogo. j.

K. K. retinet sui soni vram in principio, medio et fine. Ut, Kowowonz Kuche, Kobulu Gurke. Ktogt cicada. Permutari solet cum z et zch. Ut Schuska Magd, Schonzr. glarkü weinen glazo. blisko nahe, blisshi naher. nisko, niedrig, nisshi. & blisshi, nisshi.

L. L. ut in aliis Lingvis in principio, medio & fine legitur. Ut, Lawa Lowicz, glowa Haupt Gußl Tiemstock. Interdum duriter; ut, woslowa, Kuffr, interdum molliter, ut woslom welge, ut et in quibusdam vocabulis ceu esset duplex l, pronunciandum ē.

Ut Mlin Mühle, Loi [illegible]: quasi scri- 29.
beretur, imò nec liberius et sic scribi po-
test, Mllin, Llói. Permutatur cum g,
ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]

M. M[illegible] idem ē. Ut [illegible] Muller,
[illegible] [illegible], [illegible] [illegible].

N. Nē duplex: durius & mollius, quod ex
usu potius quam ex scripturā discerni debet.
Pro lubitu lectoris durius cum majuscula
litera N, mollius v. cum minuscula lit. n
scribi posset: Ut, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible],
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible], [illegible]
[illegible]. [illegible] [illegible] [illegible]. 7. [illegible] R²
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

| Et hoc discrimen in lectione hujus Linguæ | Fol. 16a.
multū negotii facessit. Aliàs ē cum aliis
Linguis in initio, medio et fine comune.
Ut non Vater Kringel gorzal, [illegible]
Widder.

O. O ab initio cum vocalibus E et I. non
facile datur, nisi in propriis et peregrinis. Ut

30. Ozochias, Obad Edom. Aliàs coincidit cum alüs Lingvis in medio & fine. Ut Sobrubke, Dorum. Scsch Linde, Mouro, Ldort. In quodam vocabulis observatq; itidem O. durius & o mollius. Ut rosch zabuotz, rosch gasseiner. Bosz Gott, Bok Seite. ~~Wolloz~~ Mlosz der, Schwa, Mlosst apum pullities. Intendum ad imitationem Germanorum punctis seu e circumflexo signatur, cumprimis in ejusmodi vocibus, q in suis primitivis s. radicalibus regulariter cum o scribunt. Ut, Schöwni brunaibz à primitivo vocabulo Schosse Leib. Lwöstowni Wirthscz à Lwoste wirth.

żowczy Schöszani magdiz à Schosla magd.

P. P sibi simile ubiq manet. Ut zopory Sundworny Saglasshu bzozhen, Plug, Prüla.

Q. Q Vandali itidem u habent. Ejus locum & in propriis & appellativis K cum W supplet. Kwintus, qatz Sondkwol, Kwadqual. Kwiz, wbaram

Lungan Lčeniber Rodt 31.

R. R manet suæ caninæ pronuncia-tionis litera hic & ubiq;. Ut, roshler vicknu, storz Starr Nrdogier fladen-nuß.

S. S apud Vandalos, ut ferè ap Hebræos multiplici enunciatione usurpatŭ. | Fol. 16b.

Est ibi

1. S simplex. Ut Scensfada Sinner Kalten gust sonn rußel Galub ast.

2. ß duplex. Ut Sßon Dbst. gestestlan Lkistel, Kloß ißen.

3. S scheratum, quod nihil aliud ē, qm Præpositionis Particula Se, q in annexione ad vocem e elidit. Ut s'nim mit ihnen & se nim; s'Nebe vom Himel & se neba. s'Bogom mit Gott ;

4. S, cum Chi Græco copulatum seu Schin Hebræorum cum puncto in cornu dextro aut sinistro signatum;

am Rande
+ et cujuslibet vocis proprietate

32. cujus discrimen ex usu + addisci debet. Modò n. clariter, modò molliter pronunciandum ē, ubi tamen scriptio eadem adhibetur. Ut nascht, du hast Nascht Muttar. Nascht [illegible], Nascht [illegible]. [illegible], [illegible]. Et ē in Conjugationibus inprimis observandum, ne secunda Persona Præsentis Temporis cum Modo Infinitivo confundatur. Ut [illegible] du [illegible], [illegible] [illegible]. [illegible] du [illegible], [illegible] [illegible]. Ad differentiam Schin durum cum sad Chi liberum, Schin molle v. cum sad Chi copulatum scribi posset tali modo:

Schin durum, [illegible] du.
Schin molle [illegible] trinken.

Fol. 17a.

Lectori pio ac modesto salutem et officia precor polliceorq!

Honorande et amande Lector, si optando haberi possent ea, quæ optantur, non frustra id optaretur: ut, quemadmodum

Homines, τῆς οἰκουμένης οἰκηταὶ, unum 33.
Deum, unum coelum, unumque Solem obtinent; sicut in stabili quiete, absque mentis et manus molestiâ, unum loquendi idioma, quo animi sensa ubique regionum invicem explicarentur, haberent. Ita et minus dissidii ac simultatis, plus v. concordiae, ac dilectionis inter eos reperiretur. Unde n. mutua populorum διαίρεσις exsurgit, quam ex συγχύσει Linguarum, et quod instar bestiarum, ratione et loquelâ carentium, sese intelligere nequeant! Sed quod sine onerosâ optatione, ex merâ DEI donantis benignitate, gratis habere potuerat πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων, id perdidit omnis διαιρέσεως καὶ ἀταξίας origo Peccatum. Postquam n. primi, Generis humani parentes, ab Avernali Alastore, qui, se in pellacice pegmate,

Act. 17.26.

34\. sub pigmentatam, Sepis subblandæ, larvam abdiderat, eò sese allici patiebantur, ut Creatoris æternum observandi, temporale mandatum, sub comminationis severissimæ appendice, transgredi non timerent: immissi sunt in pœnam irrevocabilem, ante vitæ ex prædicto DEI decreto, morte finiendæ terminum, mari vocationis labores, Fœminæ v. partionis dolores. Cumq; coloni districtûs Sinar, sub imperio Nimerodi, quem profanæ literæ Ninum pervulgant, | procurrente humanæ propagationis augmento, ex infausto fastu, post centum aut paulò plures à cataclysmo annos, altius cogitarent, & in ædificandâ superbiæ Turri, ut eam Hieronymus nuncupat, cujus fundamen, milliare receptius exæquaret, & culmen, cœli firmamentum, astrorumq; divergia

| Fol. 17b.

attingeret, nominis famam; imò si 35.
forsan ad relatûs avorum, nova
exundaret diluvies, infortunii ac
deletionis profugium ac asylum
quærerent: factum est, ut in de-
pressionem fastosæ præsumtionis,
et punitionem manifestæ incredduli-
tatis, quæ vera DEI veracis promis-
sioni, de Mundi mole ulteriùs undis
non obruendæ, haud fidebat, Lingvæ
primævæ & unicæ, fulmine dejectis
cepti operis machinis confusio &
tot deinde aliarum, ex voce simplici
in multiformem & multisonam ex-
cursionem extensio, ut Cyrillus lo-
quitur, à DEO judice ac Vindice,
immutato Sinar in Babel, irrogare-
tur. Cùm antehac tota primoris Mundi
progenies, unâ tantùm Lingvâ, E-
bræâ nimirum, quâ æternus DEUS

36. ipse, in tempore ad Patriarchas locutus est, ad annum Orbis conditi 1757, aut circiter, uteretur.

Uta. unigenitus et unicè dilectus DEI Filius, assumtione promissi ac benedicti ex Foeminâ seminis, peccatum Protoplastorum sufficienter

| Fol. 18a. expiavit, et quae ipsi pessum dederant feliciter restauravit: sic et fidissimus Fidelium Adstes Spiritus Sanctus, in magno illo τῶν Μεγαλείων Θεοῦ die, in quo Servos Servatoris, novae gratiae praecones, omni Linguarum quae sub coelo sunt peritiâ in momento per singulare ac stupendum planè miraculum instruxit, Sinaritarum praesumtionem, indeque ortam Linguae confusionem, et tot innumerabilium inductionem, actu solenni sacravit, et ad unum q. concentum concinnavit. Adeò ut jam omnes Linguae, et praesertim per quas sanctum DEI Nomen

ac Nomen in Christianitate colitur ac 37.
celebratur, DEo caræ sint & acceptæ.
In semine n. Abrahæ, asseverante
Ambrosio, omnis gens, omnis tribus,
omnisq; Lingva benedicitur. Et de
DEi mente, quam præprimis circa
Mundi finem habet, rectè canit Au-
rel. Prudentius:

Discordes Lingvis populos & dissona cultu
Regna, voleas sociare DEUS.

Ad ejusmodi universum in Mundum
inductarum Lingvarum varietatem,
pertinet & Lingva Riphathitarum,
qui vulgò per petum ac obtentum scomma,
Vandali aut Slavi audiunt: populi
certè per Europam & magnam Asiæ
partem, quippe qui ex Bosphoro
Cimmerio, mox circa seculum à
diluvio alterum, in hos Mundi car-
dines appulerunt, diffusissimi. Hi licèt
omnes à Riphathe, Gomeris filio, No-
achiq; abnepote, | ceu patre ac ductore | Fol. 18b

20

38. gentis, nomen et originem trahant; quos et Pomponius Mela, in libro de situ Orbis, recepto in vulgus cognomento, Riphaces appellat, à quibus et Montes in Septentrionalibus plagis celebratissimi, Riphæi denominantur, quod et de Corconessis, qui Silesiam à Bojohemiâ determinant [das Riesen pro Riesen gebirge] dicitur, quorum dominium, ex DEI altissimi connivantiâ, spectrum quoddam famatissimum, sibi audacter ac proterve vendicat, et vocatur [non, ut scribarum ac typothetarum error habet, Rüben-zahl, raporum numerus; sed] Riesen-Zabl, Riphæorum Diabolus, qui Hilario et Cypriano Zabulus dicitur, ex dialecto Ionicâ, quæ Δ cum Ζ permutat: tamen per temporum casus et causas, varias sortiti sunt nomenclationes, adeò ut vel

à regionibus vel à moribus, aut à na- 39.
tionibus aliis vocitari ceperunt. Sic
Scitæ, communissima gentium belli-
carum stirps, vocantur ab Hellenibus
Sarmatæ s. Sauromatæ [σαῦρος,
lacertus, ὄμμα, oculus, Gönd" öfb" grišstw]
ob virulentam vultûs torvitatem,
quam, cui gens σκυθρωπὸς, & ut
coeli, sic ingenii asperior, præ se
ferebat, cui & Amiotus ὀμμάτων
χαροπότητα, oculorum truculentiam
attribuit, & de quâ Ovidius αὐτόπτης
congueritur ~~loquitur~~: Vox fera, trux ~~et~~ vultus, cer-
tissima mortis imago. Musci
& Muscovia dicuntur à voce genticâ
Mušík, viruncul9, à | Muž, vir: q. viri | Fol. 19.
& regio virorum; quia genius Linguæ
in hac gente habet, ut Diminutivorum
pro Primitivo frequenter deligatur: ut,
sol Lužki, ut Principatus nominatissi-
mus, à Lužka, pratum, Lužko, pratulum,

21

40. &c. Vandalos, scribit Hadrian. Junius, à peregrinando dictos volunt Auctores, q. Ambulones, Wandeler: ob sæpissimè nimirum mutatas sedes: qui quidem potentiâ pollentes, sed à consilio inopes, quidquid invaserant, retinere non poterant: hinc eos Ptolemæus cognominat Melanastas, id est, Vagos. Et prodit expressis verbis Procopius, quod Vandali Teutonibus fuerint ὁμόγλωττοι. Id n. Linguæ eorū reliquiæ, et scripta Regum nomina, manifestò demonstrant. Vandali, genti Riphathiræ supervenientes, omnes fuerunt Germani, ait Goldastus. Et Cluverius aliquoties inter diversas Germanorum nationes, recenset et Vandalos. Poloni, longè lateq; patens populus, indigitantur à domesticâ voce Pole, campus: quia regio eorum amplissima, tota campestris et plana est.

Bojohemi, à domo et dominio Bojorum, 41.
qui Galliâ excedentes, Hercinianam
silvam, cum inclusâ terræ fertilis
planitie, occupaverunt, populariter
salutantur. Ex stemmate aliàs secum
allato dicuntur Zechichi: à Principe
Zechicho, qui populos Riphæos è Sla-
voniâ, vel ut alii, et quidem peri-
tiùs existimant, è Russiæ regio-
nibus, in Bojohemiæ circumdeduxit.
Slavi s. Slavones vel Slovaci, qui et
Harvati, in corrupto vocis usu, pro | Fol. 19 b.
genuino stirpis sono Riphatli, domi
dicuntur, ducunt cognomentum
à Hoivo, verbum, quod sint verbosi
ac loquaces. Nulli n. genti, in copiâ ac
nervositate vocum, facilè cedunt.
Serbi, mutatâ literâ B cum V, Servi
nuncupantur: quia per Imperatorum
ac Regum victricia arma in bello
victi ac subjugati, à dominis servi facti

22

42. sunt. A quo n. quis, fatente Advenarum ex Gentibus præcone, superatus est, huic etiam in servitutem est addictus. *nam* Italis, qui depravatam Latii Linguam observant, Riphathicos hosce populos, ex Septentrione liberè palantes, et patriæ solum diversis temporum intervallis, dirè vastantes, ob staturæ proceritatem morumque rusticitatem, Longobardos [groß und grob] sub quadam calumniâ vocitare allibuit. Quod et de Celtis Illyricis pronunciat Diodor. Siculus, quod sint τὸ πρόσωπον καταπληκτικοὶ, καὶ ταῖς φωναῖς βαρύηχοι. Et sic cæteræ orbi notæ gentes Riphathicæ, suas nactæ sunt nuncupationes: quas addere et explicare planioris ac plenioris esset operæ. Sed eam litem ac historiæ seriem, expedire ac dirimere, loci hujus non est nec scopi.

(margin:) nunkaudn. II. Pet. II. 20.

Exiit quidem hæc Lingva progressu 43.
temporum, mutatis et aliunde deductis
colonorum catervis, ex Pomorania (sic),
Saxoniâ, Silesiâ, Misniâ et Marchiâ,
hærentibus tamen et porrò hæsuris,
numerosis usq; | et ubiq; reliquiis, et | Fol. 26a.
urbium ac prosapiarum insigni-
bus: sed num id, ex Marchionatu
utriusq; Lusatiæ, et ex proximis Mis-
niæ et Marchiæ confiniis, ~~præcip~~ præ-
primis circa Sprevi saxeta et arbusta
futurum sit, valdè et verè ex conti-
nuatâ hactenus experientiâ ambigi-
tur. Imò ob vicina et antermina (sic) Regna,
Bojohemiæ nimirum et Poloniæ,
quorum Lingva in fundamento cum
nostrate, parum exceptâ ~~et~~ ex locorum
διαστάσει, dialecti et pronunciationis
dissonantiâ, una eademq; est, ratione
commerciorum ac peregrinationum, vix
conduceret.

23

44. Sicuti v. hæc Lingva illi, qui eam statim à cunabulis non audierit, aut eam, ex aliquâ temporis inter-stitione non addidicerit, nimis tædiosa, et ob freqventem vocum et termina-tionum mutationē, perceptu diffici-lis videtur: ita per se ob præcisam sui inclusionem, et inmistam Teuto-nismi licentiam, sub multâ com-pendiorum gratiâ, difficultatibus satis caret; modò aliqualis ejusdem informatio, ad Lingvæ speciosa et fixa fundamina adhibeatur. Cogitatione profectò hæc Lingva difficilior æstimatur, quàm est in ipsâ cognitione. Omnis v. molestia ac arduitas in addiscendo ac exserendo inde oritur, quod à plerisq; hanc Lin-gvam usurpantibus, non in vulgi coeno solùm, sed etiam in literatorum coetu, qvid sit in hac Lingvâ Declinatio aut Conjugatio, ut à Scholis loqui assve-

vimus, splendidè ignoretur: et quod ni- 45.
hil in hoc idiomate scriptis publicis
commissum sit. Potissimae parti
hanc Linguam, ad modum Teutoni-
corum| scribarum, qui quidam |Fol. 20b.
Linguam callent, sed ante plenariam
instrumenti Gramatici perceptio-
nem, manus ferulis subducentes, et
praecoci digressu periodum scholasticā
ἐν βειτκφδελῃ interrumpentes, cum
miserè lancinant usurpare et vulgum
imperitum sine constructionis ra-
tione, per quandam scribliginem
imitari volupe est. Ex hoc libralis,
Linguae hujus, reconditorii, quod alias
Linguas sustentat ac conservat, mani-
festo defectu, propullularunt tot dia-
lecti, quot sunt fermè dioeceses: quae
tamen omnes ita mansvescunt ac ma-
lacissantur, ut unâ satis, aut non nihil

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id470128909/51 Serbski institut Sorbisches Institut

46. tantum intellectâ, cæteræ facili studio, brevique tempore conciliari ac dignosci queant. Unde qui unam ex hisce dialectis, in suâ indole ac competentiâ vallet, is non solum omnes Lusatiorum quà anteriorum quà citeriorum districtuum colonos, sed et Bojohemios, Slavones, Liburnos s. Croatas, Dacos s. Wallachos, Muscos s. Russos, Polonos cæterosque in Linguæ cognatione versantes populos magnam partem intelliget, et cum iisdem, si non congruenter et ad elegantiæ normas, tamen quantum præsens usus postulet, aliqualiter et ad utriusque partis prolubium, cum mirâ favoris ad se derivatione, colloqui poterit, quod non parum nostræ juventutis viatione per experientiam asseritur.

Eum in finem Ego, Patriæ meæ minimus |Fol. 21a. servus, à | quibusdam Fautoribus ac Amicis

admonitus, hunc ce præsentem in hac 47.
Lingoâ CONATUM, quantum sub insititio otio, ex desultoriâ operâ, in horis secessivis, ἱερατικὰς καὶ οἰκονομικὰς occupationes, animiq́ in torpidâ hominum impiatorum colluvione perturbationes, ut et corporis interdum sat vehementes καχεξίαι admiserunt, quoddam q. κόςμημα concinnavi, et ex ipsis Lingoæ, ejus inprimis dialecti, quæ in Tractu Cotbusiano, quâ nulla purior magisq́ Gramatica est adhibetur, visceribus plebisq́ oribus extraxi ac subnotavi, et quid hæc à cæteris per utramq́ Ditivôniæ ac Milzaviæ territorium distet, aut ubi discrimen subsideat, non nihil ostendi. Ubi interdum cognationem quoq́, sed perparcè, ne opella nimium excresceret, cum Lingois matricibus quibus Crux Redemtoris fuit insignita adjeci, et

48. expositionem ex Linguâ pro lubitu
arreptâ addidi. Nutiquam v. id as-
sertum hic volo, quod in omnibus
me rectè collimasse autumem, aut
etiam id unquam me intendisse affir-
mem, sed ut aliqualiter demonstrem
quod et hæc Lingua ad modum aliarum
non humanâ θέσει καὶ κατὰ τύχην,
sed Divinâ quadam φύσει καὶ ἐκ συν-
θήκης sit formata, et quod eam quoq́
comitetur aliqua major potentia
quæ humanam superet, ceu Pytha-
goras et Plato de Linguarum ortu, citra
|Fol. 21b. veritatis facem, à solo | Naturæ igni-
culo illuminati, olim senserunt.
Nec est semper et ubiq; vera et realis co-
gnatio, sed est tantum neminem collidens
nec obligans allusio; imò est quædam
per notum vocabulum ad ignotius directa
ostensio. [illegible]. Si hoc aliquali et antehac

in Patriâ, quantum mihi adhuc
scire licuit, nondum suscepto
labore, nemini inserviam; his
tamen, qui mihi ad hoc qualecunque
tentamentum benignâ & Patriæ
favorabili intentione, proxenetæ
ac incentores ~~x~~ extiterunt, offi-
ciositatis specimen & amicitiæ
tesseram exhibeo. Satis mihi sunt
pauci, satis est unus, satis est
nullus: ut hîc responsum cujus-
dam Philosophi olim quæsiti, quò
tam perspicaci diligentiâ artis
ad paucos perventuræ collimaret,
extra tamen collationis ambitum,
ad me declinem. Et Heraclitus,
Philosophus Ephesinus, summam
laudis arbitrabatur, placere Uni;
si esset optimus, qui probaret. Suffi-
cit hîc Linguam in se fundatam
nonnihil ostendisse, & super eâ quoque

26. [illegible]
Plato.

50. Dei sapientiam et gratiam summam
agnovisse. natum. Qui alias ejus-
modi rei et opellâ non indiget, is det
Deo gloriam et longâ pace veniâque
multâ donis suis domi forisque
fruatur, sciatque summatim, quod
ejus causâ hicce labor nunquam et
neutiquam sit delectus. Imò si quae-
dam hîc adjecta vocabula, quot
eorum ex objecto usu, et plebejo
observatu, aliud q. agens, modo
| Fol. 22a. compilatoria conquirere potui;
nec tamen omnia me connotasse
dico, quin potius multa in vulgo,
aures meas praeterfugientia, adhuc
restare, jam dudum prospicio; imò
plurima, praeprimis à rudi vulgo
conficta et invecta, quae odorem Hi-
sphalticum non spirant, deditâ ope-
râ sperno ac praetereo, elicui è
memoriâ exciderint, aut fortasse

nunquam in eam inciderint, aut 51.
& rupici, extra hanc Linguam mutò,
primo audita ignota videantur:
is cum Socrate obscurum recen-
tioris cujusdam Autoris librum
legente saniat sentiatq; ἃ μὲν
συνῆκα γενναῖα, οἶμαι δὲ ἃ μὴ
συνῆκα: et juxtà secum sic repu-
tet, quod ea ob alterius ignorantiam
genuinè domestica esse non desie-
rint. Sic et ipsi Latinitatis
moderatores Cicero et Maró, aut
Teutonicæ elegantiæ restaura-
tores Buchnerus, Tscherningus,
Francus & alii non omnibus pro-
barentur. Certè Concionator in
ambone plura vocabula scire,
& cultûq' DEi eloquia proferens
loqui tenetur, quam ad buram
stibulamq; agricolator. Ille n. quæ
aratri aut horrei sunt, curat, &

52. utrumque cum plebe Romanâ Ar-
cam Nohæ patriarchæ, pro
Arcu Nervæ Imperatoris debla-
terat, aut anguriam pro an-
gariâ collaudat, eudonemque
pro udone adaptat; de cæteris,
non clerus ac vulgus Teutonicus,
quæ Ecclesiæ cedunt, minime est
sollicitus (sic!), quippe multa inte-
gra vocabula, præ observationis
desidiâ, ἄχρηστα et absoleta (sic!) facit,
quorum tamen in communi loquelâ,
| Fol. 22b. maxime χρείαν ἔχει, et à | se ma-
gis solita ac solidiora comminisci
nesciat. Si quis v. præstare possit,
quod in Thebarum fontis, non in Ri-
pharum pratis fieri arbitror, ut
hanc (sic!) hanc Linguam è mente et mento
plebis vernaculæ, ei ὀλικῶς καὶ
ἀπρὶξ adhærentis, penitus porri-
ciat, atque eam vel ad Garamantum

aut Patagonum terram, vel ad 53.
Lunares Civitates, quas inhabitat
Empedocles, proscribat et exter-
minet, mihi par et perinde est.
Imo tali victori ac effectori de
triumpho ad Lares et Lyras gra-
tularer arriperemque. Non n. ego
ab omni parte, et ex enavato
studio, absolutam et amussitatam
Grammaticationem, qua Luciano in-
terprete, perpetuo Jovis odio
vexatur, quamque ego, superato jam
ex DEi tuentis concessu seculi
dimidio, aliis intentis negotiis,
adstrictusque curis, dudum è memo-
riâ et ab exercitio seposui, hic
produco, aut cuiquam obtrudo, vel
aliquem eoandidæ vanitatis applau-
sum ambiturio: sed sinceris dun-
taxat in Patriâ Amicis, et qui se
iisdem in campo Riphaltico adjun-

54. qunt, quantum in me situm est, hac
qualicunque opella inservire intendo.
Qui hanc Linguam in sui principiis
nesciunt, et tamen eam in Officii Eccle-
siastici aut initi aut ineundi
functione scire, aut eam cum mor-
dacimentis torturâ, sine dexteræ
tamen Linguæ structurâ, addiscere
et sibi familiarem famularemque
efficere coguntur, his ipsis CO-
Fol. 23. NATUS iste præsentatur et ob-
venit. Conabuntur idcircò et ipsi,
quo usque doctore tam qualicunque
labore, et solerti adjutore, usu et-
terno, qui omnium magistrorum
præcepta superat, subinde perve-
nire possint; et supplebunt quæ
his in observatiunculis desunt;
aut emendabunt, quæ cum vulgari
experimento, et moderno usu forsi-

tam non concordent. Quomodò SS. n. fieri posset, ut primo intuitu, repentinoq́ arreptu abrupto, quippe ab omni adminiculo limatiori et amiciori concentu destituto, omnes dispertæ hujus compagis anguli perlustrarentur. Nulla res consummata est cum incipit, ait Seneca. Et Scaliger affirmat id in re aliâ: nemo unquam unus omnia comprehendit. Cæterà Tu pie ac bone Lector vive et vale ex tui meiq́ voto, quantum infelix hæc morborum ac ærumnarum corsporis admittit felicissime.

Ego sum maneoq́

Tui

ad hæc et quævis tenuitatis meæ officia studiosus

Joh. Choinanus.

Fol. 23.b dect.

Ę[illegible] 1. Rezen[illegible]

Fol 24ª. p. 1. 56.

LINGUÆ RIPHATHICÆ

sic!
ad artis vitæ directæ, et
à dialectis secretæ,
aliqualis

CONATUS.

Qualis vel cujuscunque Nationis Linguæ sit, quæ hîc Regionis per utramque Lusatiam et ejus confinia, in usu habetur, cum nemine litigo. Neque v. ego Nationem propugnare aut eamdem impugnare insurgo, sed Linguam duntaxat inter Teutones residuam et hîc vulgarem, aliqualiter informare et ejusdem ἀναλογίαν per exemplorum ἐπαγωγὴν modo empirico ostendere et ad artis rationem deducere annitor. Cum v. ea et habente rationum specimine Riphathica appellari possit, et ego eam sic appellito. Hanc a. Linguam sub annotamenta referre, tædiosum

nonnihil ac perplexum, ob defectum[57].
minimi saltem in hac Linguâ ad-
miniculi, minatur et ominatur
laborem. Nullus n. in hac Linguâ
exstat Liber antegenitalis et ad-
juvans, ad quem prore intentâ
respicere et eum tutò imitari et
ceu præducem, sequi liceat. Cùm
tamen huncce qualemcunque labo-
rem in me susceperim, à tædio
actricis mentem manusque vinci
non oportuit. Et parum, mox in
anteressu, eos moror, qui artis
ope et operâ hanc Linguam juvari
negant, à rudi vulgo, qui inordi-
natè atque ad lubitum et sine arte
loquitur, per inane irritamen
expetentes et exspectantes, quod
solos eruditos manet. Quasi verò | Fol. 24b
| quis Moysis, Demosthenis aut Cice- p. 2.
ronis stylo unquam feliciter ac cum

58. fruge insueverit, qui Grammaticorum præcepta non attenderit, et cynosuræ instar ac amussis [sic] ea sibi non proposuerit. Certè citra Grammatices ductum in unaquaque Linguâ nemo ad amœniores eruditiones memes pervenit. Non obstantibus antea Grammaticæ per eas euntibus, sed circa eas hærentibus, docuerit Quintilianus.

verlangt noch von der 3. Klasse.
Partes Orationis octo
(rechtschreibung.)

Quot ergò Latina, tot habet Orationis partes et hæc Lingua. Ad illam namque hæc in sui formâ ac indole, quam proximè accedit, et Ebrææ Matri, ceu filia morigera, sæpè sat humiliter obsecundat.

Congrua scriptio, ob literarum inopiam, aut nondum adornatam concinnitatem, adhuc parcè datur: idcircò et illa et genuina pronun-

ciatio exusu, quem penes arbitrium sq.
est et vis et norma loquendi, addi-
scenda est. Lingua siquidem doceri
et addisci potest; os v. huic Linguae (rot unterstrichen)
aptum, dari et communicari non
potest: sed ut quaelibet Lingua sua et
vocum et pronunciationum habet
ἰδιώματα, id idem et hîc advertitur.
Multae namque voces, ex usu et assue-
tudine, iisdem scribuntur literis,
quae in sensu et sententiā disso-
nant, et non rarò aliter pronun-
ciandae sunt: quas addere et in pe-
culiari serie, passim inspersas, di-
numerare jam non allubet. Nam
si infrà, scriptionis posita infor-
matio, et frequens literarum per-
mutatio, diversaque Verborum per
Conjugationes inflexio perpendatur,
facilè ~~pl~~ palam fit, quomodo à
se ipsis, in | suâ characterum et signi- | Fol. 25a.
p. 3.

60. firatuum dimensiones discerni ac segvestrari velint. Posset qvidem excogitari ac produci accuratior et scribendi et pronunciandi modus; sed vix operæ pretium cum docenti tum discenti, is labor reponeret. Nam Lingvæ hujus indigena, ipsam Lingvam ob curtum ejusdem circuitum citius percipere potest, qvam ipsas de legendo et scribendo præceptiones. Qvotidie n. suborta una atq; alterâ dubietate, vivâ audiri qveant pronunciandi exempla. Imò qvædam voces ita sunt constrictæ, ut non, nisi præsente magistro, doceri decupiant. Laun!

(rolschulagbraif.)

Pauca hæc q. ἐκ παραδρομῆς, ad sectas Amicorum monitas, Ὀρθογραφίας s. Πολογραφίας verùm, loco inserere placuit. Ὀρθῶς n. et ex omni parte τελείως procedere,

Linguæ hujus, ob injustam et sini- 61.
stris affectibus plenam ejusdem
infestationem, et hinc deveni-
entem culturæ neglectionem,
adiuncitas ferme redactæ tenuitas,
non admittit. Fiat ergò πωϛ et
quantum potest. Rnum. Literis
itaq; hujus Linguæ nondum deno-
minatis, si facta earum idea, ad
receptum Latinorum Alphabetis-
